



## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. IX. Peccatum ex ignorantia mortaliter culpabili, est ejusdem speciei cum peccato scienter commisso in eadem materia. Ignorantia venialiter culpabilis, facit ex peccato mortali veniale.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

usum rationis, quam humanitatem ( ut sic loquar ) non haberent, prolata ab ebrio; equidem in morali estimatione, nisi praecesserit aequalis attentio & intentio, censentur potius non humana, & ideo non conficiunt Sacramentum. Ergo confimiliter in casu nostro, consuetudo pejerandi planè inadvertenter, non potest facere, ut verba illa, quæ, seclusâ consuetudine, in morali estimatione forent non humana, & per consequens nullam haberent malitiam objectivam, eodem planè modo, quo verba prolata ab ebrio: ut ( inquam ) propter consuetudinem, seclusâ aliâ attentione vel intentione, in morali estimatione censentur verè humana, & per consequens habere malitiam aliquam objectivam.

Putas, si homo, utens ratione, materialiter proferret verba blasphemiae vel perjurii, legendo ex libro, vel representando aliquem blasphemum aut perjurum in Tragedia seu Comœdia, illa verba haberent malitiam objectivam blasphemiae vel perjurii? Scio, quia non puras. Sed cur hoc, nisi quia homines sciunt illa verba non proferri animo blasphemandi vel pejerandi? Ergo pari ratione, si homines scirent, me nullatenus attendere nec actualiter nec virtualiter ad verba perjurii vel blasphemiae; quando ea ex consuetudine profecto, nullam haberent malitiam objectivam perjurii vel blasphemiae; quia acciperent illa perinde, ac si à pſittaco proferrentur.

Et idem est de homine, qui invincibiliter ignorat substantiam juramenti, v. g. sub hac forma verborum: *Per Deum*, vel: *Per animam meam*, contineri verum juramentum, & ideo assuefactus prolationi istorum verborum, sine scrupulo passim ea proferet; nam audientibus, ex hypothesi, quòd sciant invincibilem ignorantiam proferentis, non plus significant illa verba in ratione juramenti, quàm si à pſittaco proferrentur; & ideo nullam habent malitiam objectivam.

Dico: *Qui invincibiliter ignorat*; quia ignorantia vincibilis relinquit malitiam objectivam; immò & formalem: & licet per se minuat peccatum; numquam tamen ita, ut ex mortali faciat veniale, si ipsa sit mortalis, ut patebit ex dicendis Conclusionem sequenti, quæ erit de circumstantia ignorantia.

CONCLUSIO IX.

Peccatum ex ignorantia mortaliter culpabili, est ejusdem speciei cum peccato scienter commissio in eadem materia. Ignorantia venialiter culpabilis, facit ex peccato mortali veniale.

147. Incipio ab ultima parte & casus sit iste: Aliquis ex ignorantia venialiter culpabili omittit audire Missam die Dominicâ vel festivâ; peccat tantùm venialiter, estò peccaret mortaliter, si scienter omitteret, vel etiam ex ignorantia mortaliter culpabili.

Voco ignorantiam venialiter culpabilem, quando adhibita fuit mediocri diligentia ad cognoscendam veritatem; hæud equidem plenè sufficiens pro qualitate negotii. Ignorantia mortaliter culpabilis est, quando nequidem mediocri diligentia adhibita fuit; sed ferè nulla, vel ferè nulla.

Dico: *Pro qualitate negotii*; quia Sanchez lib. 1. in Decal. c. 17. n. 20. existimat peccare esse in jure humano, ut ignorantia, quæ esset mortaliter culpabilis respectu juris divini & naturalis, ac proinde non excusaret à mortali ejus transgressionem; non censetur talis respectu juris humani, ac proinde excuset à mortali ejus violationem, duplici conditione concurrente. Prior est, ut violans sit in ea animi præparatione, ut si nosset, eam causam non esse justam, minimè id jus violaret. Posterior, ut illa ignorantia non sit crassa aut supina, qualis esset; quando aded modica diligentia in ea causa examinanda est adhibita, ut ferè nulla reputetur, & dolo æquiparetur.

Et ratio est, suavitas obligationis juris humani non nimio rigore obligantis, nec tantam diligentiam in causis excusantibus poscentis, quantum jus naturale exigit: sed benigniorem in animæ favorem admittit interpretationem, deficiente transgressorum fraude, utpote qui aliquali bonâ fide se excusatos existimant. Hactenus Sanchez. Itaque diligentia, quæ respectu legis humanæ censeri posset mediocri; respectu legis divinæ aut naturalis foret ferè nulla.

His suppositis, ultima pars Conclusionis est communis. Ratio communiter assignatur: quia tunc peccatum perpetratum non est nisi imperfectè & venialiter volitum, quandoquidem non sit aliter volitum, quàm sit volita ignorantia. Sicut ergo, si quis invincibiliter prorsus putaret, fornicationem esse licitam ad tuendam vitam, nullatenus peccaret fornicando ob eam causam: pari ratione, si venialiter ignoraret, esse illicitam, solum peccaret venialiter propter imperfectam cognitionem, & per consequens imperfectam voluntatem illius peccati.

Proinde hæc ignorantia necessariò explicanda foret in Confessione, tanquam circumstantia faciens peccatum veniale ex mortali; adeoque ex materia necessaria materiam liberam. Igitur peccatum proveniens ex tali ignorantia, vel non est confitendum, vel est confitendum

Ccccc 2 sitendum

147. Causa ultima partis Conclusi.

148. Datur moralis respectu juris divini, quæ non est talis respectu juris humani ex Sanchez.

149. Probatur ultima pars Conclusi.

Deinde, quod cum advertentia ex consuetudine ratione sufficienti... Deinde, quod cum advertentia ex consuetudine ratione sufficienti... Deinde, quod cum advertentia ex consuetudine ratione sufficienti...



fitendum cum circumstantia ignorantia venialis.

150. Sed quid, si ignorantia fuerit mortalis? Ignorantia mortalis non est specialiter explicanda.

Respondeo cum Sanchez suprâ n. 23. non esse explicandam, quandoquidem (ut habet 1. pars Conclusionis) peccatum ex ignorantia mortaliter culpabili, sit ejusdem speciei cum peccato scienter commisso in eadem materia. Et quamvis scientia aggravet; non tamen ita notabiliter, ut necessariam in Confessione explanationem petat, nisi aliquando propter Censuras Ecclesiasticas, à quibus ignorantia excusat. Ut etiam per accidens explicanda est ignorantia, quando ignorans exponitur periculo admittendi alia peccata; v. g. aliquis affectat ignorare, qualis sit mulier, quam vult cognoscere, vel ut liberius peccet, vel ne ejus culpa ita gravis sit; talis exponit se periculo incestus & adulterii & sacrilegii &c. adeoque tenetur illam ignorantiam affectatam explicare, positâ sufficienti advertentiâ periculi, tametsi postea inveniat, peccatum ejus à parte rei non fuisse nisi simplicem fornicationem. Unde non sufficeret dicere: *Fui fornicatus*; sed oporteret addere: *Exposui me periculo incestus, adulterii &c.*

151. An sit explicanda ignorantia affectata Sanchez?

An autem per se sit explicanda ignorantia affectata ad finem liberius peccandi? Responder Sanchez suprâ affirmativè, si verum est, quod circumstantia notabiliter aggravantes sint consistendæ (putat enim hanc circumstantiam notabiliter aggravare) secus, si esset ignorantia affectata ob alios bonos fines: ut si quis affectat ignorare dies jejunii, ut ejus culpa levior sit, nec ita præceptum transgrediendum contemnat.

Ceterum, qui censent, circumstantias solum notabiliter aggravantes intrâ eandem speciem non esse consistendas, consequenter dicere debent, ignorantiam, etiam affectatam ad liberius peccandum, per se non esse specialiter explicandam in Confessione; cum non mutet speciem peccati, ut statim amplius declarabo.

152. Probatur 1. pars Conclusionis.

Venio itaque ad 1. partem Conclusionis, quæ universaliter asserit, peccatum ex ignorantia mortaliter culpabili, esse ejusdem speciei cum peccato scienter commisso in eadem materia. Fundamentum: quia nulla est ratio illa peccata specie distinguendi, cum privent eandem honestate eodem modo; v. g. fornicatio ex ignorantia mortaliter culpabili sive malitiæ, sive personæ, hoc est, seu juris, seu facti, & fornicatio ex scientia malitiæ ac scientia personæ, privant eadem honestate castitatis eodem modo; utraque enim fornicatio eodem modo opponitur bonæ educationi prolis. Similiter homicidium ex ignorantia mortaliter culpabili sive juris, sive facti, non aliam infert injuriam, nec aliud causat damnum, quàm homicidium cum plena scientia juris & facti. Et verò qui ex ignorantia mor-

taliter culpabili comedit carnes in die jejunii, putas, quia violat aliam virtutem, quàm qui ex scientia juris & facti? Prostris eandem virtutem violat, scilicet virtutem obedientie in materia temperantiæ.

Quæ ergo differentia inter illa peccata? Quod unum sit directè voluntarium, quia directè cognitum; aliud solum indirectè voluntarium, quia indirectè cognitum: quæ utique differentia non est specifica (ut patet), sed dumtaxat secundum majus & minus intrâ eandem speciem. Ita Felix de Peccat. cap. 6. ff. diff. 12. n. 6.

Et n. 7. existimat, regulariter loquendo, in his, qui peccant ex ignorantia, idem esse objectum directè volitum, ac in his, qui peccant ex certa scientia: Omnes enim (inquit ille) volunt objectum prohibitum, quantum non sub ratione prohibiti, sed sub ratione utilis vel delectabilis. Quando ergo Auctores dicunt, peccantem ex ignorantia vincibiliter indirectè velle objectum; solum volunt, quod qui scienter peccat, directè cognoscit objectum esse prohibitum; qui verò ex ignorantia peccat, hoc cognoscit indirectè & interpretativè; cum quo stat, quod directè velit tale objectum; v. g. qui frangit jejunium sive scienter, sive vincibiliter ignorans, directè vult non jejunare. Hæc ille.

Cui si objicias: Qui vult fornicari cum illa; quam novit alienam, directè vult circumstantiam adulterii: qui autem vult fornicari cum illa, quam vincibiliter ignorat alienam, indirectè solum vult hanc circumstantiam; ergo qui peccat ex scientia, habet diversum objectum ab eo, qui ignoranter peccat.

Responder; quod uterque vult indirectè adulterium; nam directè solum volunt delectabilitatem: nam hæc volitio indirecta sufficit ad daadam novam speciem malitiæ; scilicet est de bonitate. Neque nego posse hominem, qui scientiam habet, velle directè adulterium & injuriam, quod ita explicitè & directè nequit ignorans velle: poterit tamen ignorans disjunctivè directè velle injuriam, v. g. si huic proponeretur sub dubio, mulierem, quam vult, esse nuptam; & nihilominus cum hæc ignorantia vincibilis habeat rem cum ea, dicens: *Etiamsi sit nupta, volo fornicari*; in quo casu directè vult injuriam, etiamsi ignorantiam vincibilem habeat. Hucusque Felix, parum obscurè.

Dicam clariùs: ut circumstantia tribuit actui malitiam, sufficit quod sit cognita; adeoque expressa ejus volitio non tribuit actui malitiam specie distinctam. Ergo gratis admisso, quod adulterans ex scientia, semper positivè & expressè velit malitiam adulterii; adulterans autem ex ignorantia vincibilis, nunquam vellet: non ideo adulterium ex

scientia, haberet à malitia adulterii.

155. Si rursum arguatur patria specie distinctas cognitio tria clarum: ergo rancia vincibili, pter diversas cognitio ram obscuram.

Respondeo (quod à Multa quædam, Ratione objecti & ignorantur sicut manant speciem: nam est vincibilis, alia facta præcedit; a distinguuntur proprie distinctum: nam est veritates divi revelationem; pñsionis, est ipsa e. Quid simile reperit vincibili?

Atque ut scientia specie physicâ distinctum peccatum scienter commissum non quaeritur hic in genere moris, malitiam, quæ physica actus, se malitia tantum privato rectitudinem scienter committunt, aut eam quàm peccatum vincibilis, quidquid scientiæ & ignorantia.

156. Nec est necessarium, inter peccatum, v. g. inter consummatur; & pro suo complemto quod odium Dei pendet ex scientia luntatis intentione scientia Dei; S. suprâ n. 15. ubi e nostram Conclusionem specialia peccata scandalum, inobedientie committuntur ea committuntur malitiæ. Vincibiliter ignorat intentione conscientia illa committuntur scientiam ejusdem scienter ex malitia. Hæc ille, Ratio

**Secl. 10. De Distinct. specifica Peccator. Concl. 9. 757**

scientia, haberet malitiam, specie distinctam à malitia adulterii ex ignorantia vincibili.

Si rursum arguas: Amor Dei in via & in patria specie distinguuntur, solum propter diversas cognitiones, in via obscuram, in patria claram: ergo similiter peccatum ex ignorantia vincibili, & scienter commissum, propter diversas cognitiones, unam claram, alteram obscuram.

Respondeo; gratis admissio Antecedente (quod à Multis rejicitur) negando Consequentiam. Ratio disparitatis: quod cognitio objecti & ignorantia vincibilis solum distinguuntur sicut magis & minus; quæ non variant speciem: nam eo ipso, quod ignorantia est vincibilis, aliqua cognitio objecti imperfecta præcedit; at verò Fides & visio specie distinguuntur propter motivum formale specie distinctum: nam motivum formale Fidei, est veracitas divina applicata intellectui per revelationem; porro motivum formale visionis, est ipsa essentia divina secundum se. Quid simile reperitur in scientia, & ignorantia vincibili?

Atque ut scientia, & ignorantia vincibilis specie physica distinguerentur, & per consequens peccatum scienter commissum, & peccatum commissum ex ignorantia vincibili; non quaritur hic de distinctione physica, sed in genere moris, sive de distinctione specifica malitiarum, quæ non desumitur ab entitate physica actus, sed ab entitate morali; cum malitia tantum sit aliquid morale, scilicet privato rectitudinis debita. Jam autem peccatum scienter commissum non privat aliam rectitudinem, aut eadem rectitudine alio modo; quàm peccatum commissum ex ignorantia vincibili, quidquid sit de distinctione physica scientiæ, & ignorantiæ.

Nec est necessaria distinctio, quam Aliqui ponunt, inter peccatum internum & externum, v. g. inter odium Dei, quod interius consummatur; & homicidium, quod requirit pro suo complemento actum externum. Nam quod odium Dei sit speciale peccatum, non pendet ex scientia vel ignorantia; sed ex voluntatis intentione, v. g. quia procedit ex displicentia Dei: Si enim quis (inquit Sanchez supra n. 15. ubi cum Allis, quos citat, tenet nostram Conclusionem) certissime norit esse specialia peccata odium Dei vel proximi, scandalum, inobedientiam, quando ex speciali intentione committuntur; & ex alia intentione ea committat; non erit reus specialis eorum malitiæ. E contra verò si quis culpabiliter ignoraret eorum malitiam in ea prava intentione consistere; & ideo eam pravam intentionem illa committeret; haberent utique malitiam ejusdem speciei, cum eisdem peccatis, scienter ex mala illa intentione commissis. Hæc ille. Ratio est manifesta: quia (sicut

dictum est de peccatis externis) habent eadem objectum, & privant eadem honestate virtutis eodem modo.

Nonnulli distinguunt inter ignorantiam juris, & facti; juris positivi, & juris naturalis: Si est (inquiunt) ignorantia juris naturalis, erit peccatum ejusdem rationis: v. g. fornicari sub dubio an sit malum, est peccatum ejusdem rationis, ac si certò sciret esse peccatum. Sin autem fuerit ignorantia juris positivi: v. g. dubitans de jejuniò comedit carnes; reducitur quidem ad eandem speciem, in qua foret illa comestio cum perfecta cognitione; non tamen directè ad eam pertinet, quia tunc ignoratur ratio formalis, tribuens speciem malitiæ. Si denique ignorantia sit facti: v. g. dubito utrum sit homo, quem puto feram; ille actus, v. g. sagittatio, quæ occidit hominem, putans esse feram, non est homicidium; sed in specie incaute sagittationis.

Verùm nec hæ distinctiones admittendæ sunt; quia sine fundamento excogitatur: nam, sicut dubitans de jejuniò, ignorat rationem formalem, quæ illi actui tribuit malitiam, id est, ignorat præceptum Superioris, sic itidem dubitans de malitia fornicationis, ignorat rationem formalem; id est, jus naturale, à quo fornicatio est peccaminosa: vel etiam ignorat ipsam naturam fornicationis, id est, defectum ordinis ad bonam educationem prolis, à quo defectu copula cum non sua est mala, seu opposita virtuti castitatis, sicuti comestio carniū opponitur virtuti sobrietatis, ex defectu conformitatis ad legem Superioris.

Quid enim refert, quod fornicatio sit mala ex natura sua, & peccatum ex lege divina; carnes autem comedere ex lege humana; si æqualis sit ignorantia naturæ fornicationis, ac utriusque legis? Deinde dubitans de jejuniò, seu vincibiliter ignorans præceptum Superioris, imperfectam saltem habet cognitionem rationis formalis, quæ illi actui tribuit malitiam. Quaritur autem, cur illa imperfecta cognitio non sufficiat, ut peccatum istud directè pertineat ad eandem speciem, eodem modo, quo sufficit imperfecta cognitio peccati seu malitiæ fornicationis vel adulterii, ut fornicatio vel adulterium ex ignorantia culpabili, pertineat directè ad eandem speciem?

Quantum ad ignorantiam facti, nescio quare potius tale homicidium sit in specie incaute sagittationis, quàm talis comestio carniū in specie incaute comestionis; sicut enim ideo incauta est sagittatio, quia exponit sagittarium periculo homicidii; ita incauta est comestio, quia exponit comedentem periculo fractionis jejunii. Sicut ergo, secundum illos Auctores, talis comestio reductivè pertinet ad eandem speciem; ita quoque tale homicidium reductivè pertinebit ad eandem speciem. Et consequenter, si talis comestio est peccatum

157. An sit necessaria distinctio inter ignorantiam juris & facti, juris positivi & naturalis.

158. Videtur quod non.

159. Ostenditur esse eandem rationem ignorantiam juris & facti.

CCCC ; eju;

ejusdem speciei ( ut nos putamus ) cum comestione ex perfecta scientia seu cognitione jejuni; etiam tale homicidium erit peccatum ejusdem speciei cum homicidio ex perfecta scientia seu cognitione, quamvis minoris gravitatis; ut patet ex hæcenus dictis. Dicatur pertinere directè vel reductivè ad eandem speciem, parùm curamus, quia questio est de nomine.

Solum ponitur reductivè in specie alterius ( inquit Felix supra n. 4. ) quod est pars incompleta illius, ut anima in Prædicamento substantiæ; vel quia est via ad alterum, ut motus in Prædicamento sui termini: sed peccatum ex ignorantia nihil horum habet; ergo non reductur ad talem speciem peccati. Hæc ille. Rectè, si valeat semper argumentatio à Logicis ad moralia. Quidquid sit de vocibus, de re certum est, quod talis incauta sagittatio obliget ad restitutionem, eo modo, quo obligat homicidium scienter commissum.

Deinde existimo certum, quod non sufficienter exprimeret suum peccatum, qui solum declararet incautam sagittationem dicendo: *Incautè sagittavi*; sed deberet dicere: *Incautè sagittando occidi hominem*. Rogas, an sufficienter confiteretur, dicendo: *Occidi hominem*, tacitè circumstantiâ ignorantie mortaliter culpabilis? Puto quod sic; quia illa circumstantia non notabiliter diminuit malitiam. Et dato, quod notabiliter diminueret, si non mutet speciem, secundùm plurimos DD. non est necessariò exprimenda.

Restat unica objectio, utputà: Ignorantia mortaliter culpabilis est speciale peccatum oppositum virtuti studiositatis, quæ inclinat voluntatem ad sciendum seu ad discendum juxta rectæ rationis normam: ergo specialiter est explicanda in Confessione.

Respondetur negando Antecedens, quando ignorantia versatur circa res operabiles; sed est idem numero & specie cum peccato, cujus est causa. Probat: quia scientia, quæ ordinatur ad operationem, non requiritur nisi ad operandum: ergo solum est propter operationem. Ergo solum est peccatum illius operationis; nam ubi unum est propter aliud, ibi non sunt duo sed unum, ut est axioma. Ita Felix supra dif. 11. n. 3. cum Valquez disp. 119. n. 3. Sanchez lib. 1. Summ. c. 17. n. 11. & Aliis, quos citat.

Confirmatur: nam alioquin gravius peccaret, qui ex ignorantia, quam qui scienter peccaret; hic enim unico simplici peccato peccaret, v. g. injusto homicidio, ille autem duplici, puta injusto homicidio, & insuper alio peccato mortalis ignorantie contra virtutem studiositatis, essentque hæc duo in Confessione explicanda ut distincta peccata: quod videtur absurdum, cum ignorantia ( nisi fortè fuerit affectata ad finem libertatis peccandi ) potius minuat malitiam injusti homicidii, quam auget, quanto minùs superaddet novam speciem malitiam?

Atque hæc argumenta sunt efficacia etiam de ignorantia juris, v. g. non tenetur quis scire pretium taxatum pro mensura tritici, nisi velit triticum vendere: si ex ignorantia legis excedat pretium, peccabit contra legem; non tamen committet duo peccata, sed unum contra justitiam, vendendo plus quam justo pretio.

Nec fortè contrarium docuit Valentia 1. 2. disp. 6. q. 6. punct. 2. quidquid dicit Felix supra nu. 4. nam loquitur de ignorantia juris quam quis absolute scire tenetur. Hæc sunt ejus verba. Quando vincibilis ignorantia est juris vel facti, quam quis absolute scire tenetur; ipsa per se sine ullo alio facto peccatum est, tum, cum aliquis habet occasionem acquirendi scientiam, & negligit; item, quando aliquis deberet uti ejusmodi scientiâ: quamquam si ad factum sive officium aliquod deberet eâ uti ( sicut debet Jurisperitus interdum uti scientiâ juris ) ignorantia illo tempore non esset aliud distinctum peccatum à peccato, quod ex illa committitur in facto. Hæcenus Valentia, factis obscurè.

Sed parùm refert quid ipse senserit, cum ab ipsius mente non pendat veritas notitæ doctrinæ: rationem autem nullam videt, quæ probet distinguendum esse inter ignorantiam juris & facti, dummodò utraque sit ignorantia operabilium. Et ideo dico universaliter, neque ignorantiam, neque negligentiam, ex qua oritur ignorantia operabilium, specialiter opponi virtuti studiositatis, sed illi virtuti, cui opponitur opus peccaminosum, quod ignorantia committitur; v. g. negligentia & ignorantia in homicidio virtuti justitiæ, in fornicatione virtuti castitatis, & sic in cæteris.

At verò negligentia vel ignorantia, quæ est privatio scientiæ speculativæ, & non est propter operationem, ipsa est quæ opponitur speciali virtuti studiositatis; & speciale peccatum est, quando talis scientia præcipitur, non ratione operationis, sed ratione sui. Auctores res communiter pro exemplo ponunt ignorantiam Mysteriorum Fidei, quæ communiter tenentur omnes fideles scire. Et ratio est: quia antequam sit occasio operandi, est obligatio habendi scientiam Mysteriorum Fidei. Sed de hoc exemplo dubitat Felix sup. n. 7. quia dubitat, an hæc scientia præcipitur per se, an verò ratione actûs credendi, qui est necessarius ad salutem: Nam ( inquit ille ) non invenio, ubi per se præcipiatur.

Rogas ab ipso: Quis ergo casus, in quo verificatur hæc doctrina? Respondet nu. 8. Quod optimè poterit Ecclesia jubere, ut fideles habeant scientiam horum Mysteriorum sine ordine ad operationem; in quo casu ignorantia erit speciale peccatum.

Si objecis: Quilibet tenetur scire, quæ pertinent ad suum statum; ergo fideles tenentur scire

tur scire Mysteria, verum esse scire; sed ne ignorantia ad statum qui ad suum statum in periculo maneat statum.

Hanc sententiam resol. 165. ) tuetur rolla disp. 1. c. 2. n. 699. noravit, Mysteriorum Fidei, quæ sentiat; neque ad ea credere, teneri quia non curando ad quod tenebatur, utendi aliquid consentiri illis consenti obligatur; & cavet: hoc autem ab eo, quod committitur aliquid contra Diana, addens de ignorantiam vincit esse speciale peccatum ( factis ) videtur proda. Pro qua

Objicies II. Si non præcipitur credendi, ad quem operatur ignorat Mysteriorum peccat contra Fidem.

Respondet Felcare contra Fidem reticus, nam ad scientiam.

Si autem à me nacia? Respondetur cum qua nequit cordi. Igitur malitia ex eo, quod aliqui non credendo, quæ ignorantia culpabilis aliquo modo offendit, qui ex ignorantia sacram, aliquo modo & reverentiam debet super ex speciali quæ à rebus Fidei, quæ credendi. Jam apud dissentit Deponenti, potest hanc, ut si scirentionem Ecclesiæ, quæ tire: quod sufficienter denominativè hæc

Colligitur ex principio: Dixit quæ cum hominem potest, sciens quia sub

Felix.

160. Qualiter sit contentum peccatum ex ignorantia.

161. An ignorantia sit speciale peccatum oppositum studiositati.

Felix. Valquez. Sanchez.

162. Sententia negans, quando ignorantia versatur circa res operabiles, confirmatur.

Mysteriorum Fidei

165.

166. Obiectio facta contra resolutionem.

167. Obiectio facta contra resolutionem.

168. Obiectio facta contra resolutionem.

169. Obiectio facta contra resolutionem.

170. Obiectio facta contra resolutionem.

ut efficacia etiam...  
tetur quis scire...  
trici, nisi velit...  
antia legis exce...  
legem; non ta...  
leo unum contra...  
a iusto pretio.

ir Valentia 1. 2. 165.  
quid dicat Felix...  
ignorantia juris...  
etur. Hae sunt...  
s ignorantia est...  
oluntate scire...  
facto peccatum...  
acquisitionem acqui...  
rem; quando...  
cientia: quam...  
aliquid debe...  
peritus interdum...  
illo tempore non...  
tatum a peccato...  
facto. Hactenus

se ferent, cum...  
veritas nostrae...  
illam video, que...  
ter ignorantiam...  
aque sit ignoran...  
o universaliter...  
egligentiam, ex...  
um, specialiter...  
ed illi virtuti, qui...  
m, quod exig...  
negligentia &...  
tuti iustitiae, in...  
, & sic in ce...

166.  
Obijcies II. Si scientia...  
non precipitur per se, sed...  
ratiōe actūs cre...  
dendi, ad quem ordinatur...  
ergo qui vincibi...  
liter ignorat Myseria Fidei...  
est haereticus; non enim...  
peccat contra studiositatem...  
sed contra Fidem.

Respondet Felix supra, concedendo...  
peccare contra Fidem: non verò...  
(inquit) erit haereticus...  
nam ad hoc requiritur pertinacia...  
& scientia.

Si autem à me quæritur, quid sit illa...  
pertinacia? Respondeo: est dispositio...  
voluntatis; cum qua nequit consistere...  
pius affectus credendi. Igitur malitia...  
haereticis non sumitur præcisè ex eo...  
quod aliquis offendit auctoritatem Dei...  
non credendo, quod dicit (nam etiam...  
qui ex ignorantia culpabili non credit...  
Deo dicenti, aliquo modo offendit...  
ejus auctoritatem; sicuti, qui ex...  
ignorantia culpabili occidit personam...  
sacram, aliquo modo violat ejus dignitatem...  
& reverentiam debitam personæ sacræ) sed...  
insuper ex speciali quadam aversione...  
voluntatis à rebus Fidei, quæ non...  
compatitur actum credendi. Jam autem...  
qui ex ignorantia culpabili dissentit...  
Deo loquenti, & Ecclesiae proponenti...  
potest habere voluntatem, ita affectam...  
ut si sciret sermones Dei, & propositionem...  
Ecclesiae, nullatenus vellet illis dissentire...  
quod sufficit, ut non sit formaliter &...  
denominativè haereticus.

Colligitur ex D. Augustino Epist. 162. in...  
principio: Dixit quidem Apostolus Paulus: Haereticum...  
hominem post unam correptionem devitatis...  
sciens quia subversus est ejusmodi & peccat,

& est à semetipso damnatus. sed qui sententiam...  
suam, quamvis falsam atq; perveriam, nullà...  
pertinaci animositate defendunt, propterea quam...  
non audaciæ præsumptionis suæ pepererunt, sed à...  
seductis atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt;...  
quærant autem causâ sollicitudine veritatem, corrigi...  
parati cum invenerint; nequaquam sunt inter haereticos...  
deputandi.

Ubi quidem loquitur de illis, qui cautâ sollicitudine...  
veritatem quærunt; de quibus magis certum est, non...  
esse inter haereticos deputandos: equidem ex ratione...  
quam adjungit: Corrigi parati cum invenerint; quasi...  
diceret: Quia tales parati sunt corrigi cum invenerint; colligunt...  
DD. idem dicendum esse de illis, qui laborant ignorantia...  
culpabili; quia & hi possunt parati esse corrigi, sive...  
credere Myseria Fidei, cum invenerint, id est, cum...  
ipli sufficienter tamquam credibilia fuerint proposita...  
quamvis non quærant propositionem illam, sed potius...  
culpabiliter negligant.

Generalius loquitur idem S. Doctor lib. 18. de Civit. Dei c. 51. (& refertur 24. q. 3. c. 31.) Qui in Ecclesia Christi morbida aliquid pravum, sapienter, si correpti ut sanum rectumq; sapiant, resistunt contumaciter, suam pestiferam & mortiferam dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt; haereticus sunt. Ergo à contrario sensu, si correpti mortifera dogmata emendare volunt, nec defendere persistunt; haereticus non sunt, tametsi illam correptionem culpabiliter negligant.

Accedat auctoritas ex lib. 4. de Baptismo contra Donatistas c. 16. Ipsum nondum haereticum dico, nisi manifestat sibi doctrinam Catholicam Fidei, resistere maluerit, & illud quod tenebat, elegerit. Ubi nulla mentio inquisitionis veritatis.

Hinc generaliter definitur Clem. 1. de Summa Trinit. Quod quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter præsumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se & essentialiter, tamquam haereticus sit censendus. Ergo qui non pertinaciter præsumpserit, non est censendus haereticus. Pertinax autem præsumptio procul dubio excludit quamcumque ignorantiam.

An autem propterea hæresis sit infidelitas, specie distincta ab errore contra Fidem ex ignorantia culpabili, disputatur inter Doctores. Indubiè majus peccatum est & major irreverentia, scienter negare, quæ Fides docet, quam ex ignorantia: sicuti major irreverentia est Principem vel Pontificem cognitum dehonore, quam culpabiliter incognitum: & sicuti major injustitia, hominem scienter occidere, quam ex culpabili ignorantia.

Interim sicuti in his & similibus casibus non ponitur differentia specifica inter illam majorem & minorem malitiam; ita videtur Multis non esse ponendam differentiam specificam inter hæresim, & errorem ex culpabili ignorantia.

167.  
168.  
169.

Secunda auctoritas ejusdem S. Doct.

Tertia

Clem. 1. de Sum. Trinit.

An sit differentia specifica inter hæresim, & errorem ex culpabili ignorantia

Si in-

170. Objicitur contra sententiam Lugouis.

Responsio Lugouis.

Si inferas: Ergo qui ex ignorantia culpabili negat res Fidei, peccat vero peccato infidelitatis, sicut qui scienter eas negat; ac proinde perdit habitum Fidei infusæ, juxta illud Trident. sess. 6. cap. 15. *Afferendum est, non modo infidelitate, per quam & ipsa Fides amittitur &c.*

Respondet Lugo disp. 16. nu. 193. Fidem deperdi peccato infidelitatis consummato & perfecto: hoc autem peccatum, ex ignorantia culpabili commissum, licet participet eandem speciem malitiam; non tamen habet denominationem infidelitatis simpliciter & propriè. Sicut ille etiam, qui culpabiliter exponit se morali periculo incidendi in hæresim, contrahit malitiam hæresis; & tamen nondum est hæreticus, nec perdidit habitum Fidei infusæ: quia denominatio hæretici & infidelis ultra malitiam specificam requirit alias condiciones; quæ licet non afferant differentiam essentialem, sunt tamen necessaria ad tale peccatum in individuo. Hæc ille.

Quis sit hæreticus ex D. Bonaventura.

Hæreticus est (inquit Doctor Seraphicus 4. dist. 13. in expositione litteræ nu. 7.) qui divina legis ignorantia vel contemptu pertinax inventor proprii erroris, aut alieni sectator; Catholice veritati mavult adversari, quam subici. Propter hæc verba citatur D. Bonaventura pro sententia, quæ tenet, ignorantiam crassam non excusare à peccato hæresis. Sed malè: quia ignorantia crassa compatitur pium affectum voluntatis, quo ignorans mavult subici veritati Catholicæ, quam adversari, quandocumque illa sufficienter fuerit proposita.

171. Error ex crassa ignorantia non expellit habitum Fidei.

Atque hæc est ratio, quare error ex tali ignorantia non expellat habitum Fidei; quia videlicet cum tali errore potest stare verus actus Fidei supernaturalis circa illa, quæ sufficienter proponuntur intellectui tanquam à Deo revelata; immò affectus pius credendi ea, circa quæ ex ignorantia hujusmodi erratur, adveniente scilicet scientiâ revelationis divinæ: non enim ita errans negat veritatem divinam, neque locutionem seu revelationem divinam sufficienter propositam; sed ne debeat credere, & ne credat, negligit scire revelationem divinam, alioquin crediturus, si sciret: ideoque habitus Fidei non erit in ipso inutilis & otiosus, sed utilis ad credendum prout de facto credit; quæ non ignorat.

Secus error ex scientiâ etiam circa unum tantum articulum.

At verò, qui scienter rejicit testimonium Dei, sufficienter propositum, etsi non neget veritatem Dei, nec neget vera esse, quæ à Deo revelata sunt; quia tamen negat testimonium Dei, sufficienter propositum, idcirco facit omnimodò contra reverentiam debitam auctoritati & veritati divinæ; sicuti facit omnimodò contra reverentiam Regis; non solum qui fatendo ipsum Regem, eum spernit; sed etiam, qui irrationabiliter negat ipsum esse Regem; & idcirco eum contemnit: quippe ad cultum Regis omnino pertinet eum colere, quoties sufficienter proponitur

ut Rex. Ergo consimiliter ad cultum & reverentiam auctoritatis divinæ omnino pertinet non dissentire testimonio divino, quoties ut tale sufficienter proponitur.

Ac propterea cum errore scientifico (ut sic loquar) circa unum articulum Fidei; non consistit assensus Fidei circa alium articulum: quoniam Fides supernaturalis credit super omnia, & ex toto corde, juxta illud Act. 8. v. 37. *Si credis ex toto corde.* Porro velle credere super omnia, & ex toto corde, est velle exhibere summam reverentiam intellectualem divino testimonio, quod repugnat cum eo, quod quis testimonium Dei circa aliquem articulum, sufficienter propositum, rejicit; cum semper per illam rejectionem committatur formalis aliqua & expressa irreverentia; ac proinde habitus Fidei foret in ipso inutilis & otiosus. Quid ergo miramur, si Deus, qui ipsum se solo infundit in ordine ad operandum seu elicendum actum Fidei, se solo ipsum destruat? Sic enim destruit habitum Charitatis, quando voluntas per peccatum mortale constituitur in tali statu, quo perseverante, non potest Deum amare super omnia.

Et dato, quod non esset repugnantia ex natura rei inter actum Fidei supernaturalis circa unum articulum, & errorem scientificum circa alium; meritò propter gravitatem illius erroris, Deus decrevit non concurrere ad actum Fidei supernaturalis cum hæretico; quæ videlicet specialiter se facit indignum tali concursu, per peccatum gravissimum in tali materia. Jam autem error ex ignorantia crassa, quamvis etiam sit peccatum in materia Fidei, idque ejusdem speciei; æquidem minoris gravitatis; & ideo non meretur illam subtractionem seu destructionem habitus; sicut etiam propter ipsam in foro externo non incurritur pœnæ; hæreticis constitutæ; putâ Excommunicationis latæ sententiæ, & alia.

Si inferas: Ergo sunt peccata specie distincta; Nego Consequentiam: quia etiam propter peccatum hæresis merè internum non incurritur istæ pœnæ, quod tamen est ejusdem speciei (secundùm omnes) cum peccato externo. Ergo etiam fieri potuit, ut propter excessum malitiæ, tam in foro Dei, quam in foro Ecclesiæ, aliqui effectus orientur, seu pœnæ consequerentur peccatum infidelitatis, quod committitur scienter; secus autem peccatum ex ignorantia crassa, est utrumque sit ejusdem speciei: veluti homicidium voluntarium & casuale habent in jure diversos effectus, tamen sunt ejusdem speciei. Et quid clarius, quam ignorantiam in aliis peccatis excusare à censura, quæ tamen communiter admittuntur esse ejusdem speciei?

Igitur D. Bonaventura supra intelligendus venit, non de quacumque ignorantia, etiam mortaliter culpabili; sed de illa, quæ est incompossibilis

compossibilis cum omnia, id est, de illis ex fine liberi (nam hæc inveniri est credere, facta sed de ignorantia ab absolute ad hæresim trarium ab Ecclesiastica rancia æquivalent contemptus contemtus infallibilitatem eo que de ipso verifico Seraphicus supra: contemptu, pertinax alieni sectator, Catholice quam subici.

Quæ cum ita sint, circumstantiam scientiæ, etiam in p asserre differentiam quens debere expli Aliquorum probal ordine ad censuram tingit in peccato hæ Lugo disp. 16. n. 1

Dices cum Vasquez Sententia seu cognitio non est circumstantia ditio requisita, ut Cum igitur ignorantiam seu affectatam (quæ ad voluntari quis posset habere, ideo manente volente substantiâ ho primò consummato erit peccatum ejus voluitur esse homi At verò cum cogn circumstantia subje objecti in peccato sacrilegio; eâ ablat maneat voluntarius ris sit humanus; et erroris cum suis circumstantiis & h

Propter hoc ar sententia probabilis quez, & sequitur citans pro ea præter AuGores; quibus n. 26. Neque ad v que loquitur de p enter commissio in hæresis, secundùm ex ignorantia culp terias, sicuti furtu legum.

Interea non acci zii; & dico, scienti scit suâ opinione f

compossibilis cum pio affectu credendi super omnia, id est, de ignorantia affectata non solum ex sine liberi peccandi contra Fidem (nam hac inveniri potest in illo, qui paratus est credere, facta sufficienti propositione) sed de ignorantia affectata, qua ignorans vult absolute adherere suo errori, etsi sciret contrarium ab Ecclesia doceri. Hac quippe ignorantia aequivalere contemptui, si non est expressus contemptus auctoritatis Ecclesiae, cuius infallibilitatem eo ipso videtur negare. Adeoque de ipso verificari potest quod ait Doctor Seraphicus supra: *Qui divina legis ignorantia vel contemptu, pertinax inventor proprii erroris, vel alieni scilicet, Catholicae veritatis manvle adversari, quam subici.*

Qua cum ita sint, concludimus probabiliter, circumstantiam ignorantiae culpabilis aut scientiae, etiam in peccatis contra Fidem, non asserere differentiam specificam, nec per consequens debere explicari in Confessione, juxta Aliquorum probabilem sententiam, nisi in ordine ad censuras vel reservationem, ut contingit in peccato haeresis. Ita docet novissime Lugo disp. 16. n. 198.

Dices cum Vasquezio 1. 2. disp. 127. n. 6. Scientia seu cognitio in peccato homicidii non est circumstantia ex parte objecti, sed conditio requisita, ut actus sit liber & humanus. Cum igitur ignorantia, quam vocant vincibilem seu affectatam, non tollat voluntarium (quia ad voluntarium sufficit cognitio, quam quis possit habere, etiam si illam non habeat) ideo manente voluntario (adde etiam: manente substantia homicidii exterioris, in qua primo consummatur malitia hujus peccati) erit peccatum ejusdem speciei, ac si directe volitum esset homicidium, scienter factum.

At vero cum cognitio illa, quam diximus, sit circumstantia substantialiter requisita ex parte objecti in peccato haeresis, sicut locus sacer in sacrilegio; ea ablata quovis modo, etiam si maneat voluntarium sufficiens, ut actus erroris sit humanus; non tamen manet substantia erroris cum suis circumstantiis requisitis, ut sit infidelitatis & haeresis peccatum. Hac ille.

Propter hoc argumentum etiam contraria sententia probabilis est, quam docet ibi Vasquez, & sequitur Dicastillo disp. 9. a n. 396. citans pro ea praeter Vasquezium alios multos Auctores; quibus adde Arriagam disp. 32. n. 26. Neque adversatur nostrae Conclusioni, quae loquitur de peccato ex ignorantia & scienter commissio in eadem materia; jam autem haeresis, secundum hanc sententiam, & error ex ignorantia culpabili, distinctas habent materias, sicuti furtum simplex, & furtum sacrilegum.

Inter ea non acquiesco argumento Vasquezii; & dico, scientiam, qua ille, qui errat, sit sua opinione se adversari Ecclesiae testimo-

nio, non magis esse circumstantiam substantialiter requisitam ex parte objecti in peccato haeresis, quam scientia, qua ille, qui occidit, scit esse hominem, quem occidit, est circumstantia substantialiter requisita ex parte objecti in peccato homicidii. Nam sicuti per homicidium ex ignorantia laeditur vita hominis; ita per peccatum infidelitatis ex ignorantia laeditur aliquo modo auctoritas Ecclesiae, proponentis motiva credibilitatis: ad hoc quippe sufficit, quod cognoscatur periculum repugnandi auctoritati Ecclesiae, & obligatio adhibendi majorem diligentiam; sicuti ad istud satis est, quod cognoscatur periculum occidendi hominem, & obligatio adhibendi majorem diligentiam.

Igitur quemadmodum perfecta scientia seu cognitio in peccato homicidii, non est conditio requisita, ut actus sit simpliciter liber & humanus (nam homicidium ex ignorantia culpabili est liberum & humanum; alioquin non esset culpabile) sed requiritur, ut homicidium sit magis liberum & voluntarium; & ideo auget malitiam intra eandem speciem; sic itidem perfecta scientia seu cognitio in peccato infidelitatis, non est conditio requisita, ut error sit simpliciter liber & voluntarius (nam error ex ignorantia culpabili est liber & humanus; alioquin non esset culpabilis) sed ut sit magis liber & voluntarius; & ideo auget malitiam intra eandem speciem.

Ex quo manifestissimum evadit, perfectam cognitionem motivorum credibilitatis seu auctoritatis Ecclesiae, proponentis aliquem articulum Fidei, non esse circumstantiam, substantialiter requisitam ex parte objecti in peccato haeresis; quemadmodum locus sacer est circumstantia, substantialiter requisita ex parte objecti in peccato sacrilegii; in sacrilegio quippe locus sacer non requiritur, ut actus sit magis vel minus liber aut voluntarius; sed est ipsum substantiale objectum sacrilegii, per quod hoc peccatum a caeteris distinguitur.

At vero substantiale objectum infidelitatis, per quod distinguitur a caeteris peccatis, est articulus Fidei, sufficienter ab Ecclesia propositus tanquam credibilis; quod autem illa propositio perfecte vel imperfecte cognoscatur, plane accidentale est; sicut accidentale est, quod perfecte vel imperfecte cognoscatur homo, qui occiditur. Veluti ergo illa cognitio perfecta hominis, non est circumstantia, substantialiter requisita ex parte objecti in peccato homicidii; ita neque perfecta cognitio propositionis Ecclesiae, est circumstantia, substantialiter requisita ex parte objecti in peccato infidelitatis.

Nihilominus est conditio seu circumstantia sufficiens, ut individuo peccato certa speciei, tribuat distinctam denominationem, puta denominationem haeresis, sicut tribuit distinctam malitiam

176. Perfecta cognitio non est circumstantia substantialiter requisita ex parte objecti in peccato haeresis.

D d d d malitiam

culum & re-  
omnino per-  
divino, qua-  
er.  
cientifico (ut  
m Fidei; non  
um articulum  
s credit super  
ta illud Act. 8.  
cordo velle cre-  
corde, est velle  
a intellectualem  
ugnat cum eo,  
circa aliquem ar-  
tum, rejicit;  
nem committa-  
irreverentia; ac  
iplo inutilis &  
, si Deus, qui  
dine ad opera-  
lei, se solo ipsius  
habitum Chari-  
peccatum morale  
quo perseverante,  
omnia.  
reputantiae ex  
pernaturalis circa  
scientificum  
gravitatem illius  
concurrere ad  
haereticis, quia  
dignum tali con-  
mum in tali me-  
ignorantia crassa,  
in materia Fidei;  
dem minoris gra-  
ur illam subtra-  
ditus; sicut etiam  
non incurran-  
puta Excommu-  
e.  
a specie distincta;  
a etiam propter  
num non incur-  
men est ejusdem  
cum peccato ex-  
uit, ut propter  
o Dei, quam in  
s orientur, seu  
cum infidelitatis,  
secus autem pec-  
id utrumque sit  
icidium volun-  
re diversos effe-  
speciei. Et quid  
in aliis peccatis  
men communitur  
ciei?  
ra intelligendus  
norantia, etiam  
lla, quae est in-  
compossibilis

174. quod est

177. illud

178. etiam

175. etiam





malitiam eam augendo intrā eandem speciem. Atque hæc satis de peccato infidelitatis pro hoc loco : nam ejus exacta explicatio pertinet ad Traç. de Virtutibus Theolog.

177. Ignorantia præceptorum Decalogi non est speciale peccatum.

Cæterum quæ ignorantia culpabilis Myſteriorum Fidei, eadem & major est ratio ignorantia præceptorum Decalogi : nam magis certum est, scientiam horum præceptorum præcipi propter operationem ; & ideo magis certum est, hanc ignorantiam non esse speciale peccatum oppositum virtuti studiositatis, sed reducitur ad speciem illius peccati, quod occasione ejus natum est committi ; v. g. ignorans culpabiliter furtum esse peccatum, committit peccatum furti, saltem reducitivè, si per eam ignorantiam exponatur periculo proximo furandi.

178. Prima ob- jectio.

Dices : qui habet hunc errorem : *Fornicatio non est peccatum*, peccat, quamvis non sit fornicaturus : & si illum proferat, punietur à judicibus Fidei. Ergo illa ignorantia est distinctum peccatum à fornicatione.

Diluitus.

Respondeo : Vel error ille est vincibilis vel invincibilis. Si invincibilis, dico, talem non peccare, secluso periculo fornicandi : punietur tamen à judicibus Fidei, si illum proferret, nisi posset probare illam invincibilitatem. Et meritò, quia est propositio hæretica : & idcirco, si error internus est vincibilis, non dubito quin sit distinctum peccatum à fornicatione ; quia est peccatum contra Fidem, quæ docet fornicationem esse peccatum. Ergo est speciale peccatum contra virtutem studiositatis, negatur Consequentia.

Profectò valde distincta sunt, ignorare fornicationem esse peccatum, & errare ac dicere : *Fornicatio non est peccatum*. De ignorantia hic loquimur puræ privationis, quæ scilicet non est cum errore aliquo positivo ; sed est sola privatio scientiæ, quam aliquis habere debet, ut possit debite operari : non autem de ignorantia præva dispositionis, quæ error appellatur, cum nimirum simul cum ignorantia habet quis errorem contrarium.

179. Secunda ob- jectio.

Dices II. Multi Episcopi præcipiunt Parochis, ut doceant fideles Decalogum, sicut Orationem Dominicam ; sed ignorare hanc Orationem est speciale peccatum : ergo & ignorare Decalogum, Minor probatur ex Serm. S. Aug. post Pascha, qui sic incipit : *Hodierne dies* (& refertur de Consecratione dist. 4. c. 105.) ubi sic scriptum habes : *Ante omnia Symbolum, & Orationem Dominicam, & vos ipsi tenete ; & illis, quos suscipitis de sacro fonte, ostendite.*

Confirmatur primo.

Confirmatur I. ex consuetudine fidelium, qui in ignorantia ejusmodi turpitudinem aliquam, saltem venialem, agnoscunt. Confirmatur II. quia debent fideles scire Deum esse orandum, ab eoque petenda esse bona corporis & animæ : ergo scienda est substantia hujus

Orationis, id est, scire debent, pro acquirendis singulis bonis in ea contentis, & pro singulis malis vitandis, esse Deum orandum. Ergo consimiliter scienda venit substantia præceptorum Decalogi.

Respondeo : Planè scienda venit, sed propter operationem ; sicut & ipsa Oratione Dominica sciri non debet, nisi propter operationem, id est, propter orationem seu petitionem bonorum, ad quam tenemur pro aliquo tempore : & ideo nec una, nec altera ignorantia seu ne scientia est peccatum distinctum, sed reducitur ad speciem peccati, quod occasione illius committitur, vel cujus periculo proximo committendi ignorans exponitur.

Arguis III. Saltem Majores Ecclesiæ tenentur scire hujusmodi præcepta sine ordine ad operationem ; & sic in illis ignorantia est speciale peccatum.

Respondeo : Si Antecedens esset verum, sequens consequentia esset legitima ; sed dubio de Antecedente. Nam si Superioribus præcipitur scientia, non est ut præcisè sciant, sed ut possint alios docere ; & sic scientia est propter operationem, & est peccatum non oppositum speciali virtuti studiositatis, sed contra obligationem sui officii, ex quo tenentur alios instruere in his, quæ sunt necessaria ad salutem.

Ex dictis hucusque colligo necessarium esse, explicare in Confessione, cujus præcepti Decalogi fuerit ignorantia : secus erit in ignorantia myſteriorum Fidei, nam non credere diversa myſteria, non sunt peccata diversæ speciei, cum opponantur uni & eidem virtuti : at verò non observare diversa præcepta Decalogi, sunt peccata diversæ speciei ; igitur similiter ignorantia, per quas homo exponitur periculo committendi illa peccata.

Si autem quaeritur, an ignorare culpabiliter plures articulos Fidei, hoc plura peccata, saltem numero distincta ? Respondet Suarez de Fide disp. 15. sect. 1. n. 7. negativè, si de peccato illud peccatum consideretur præcisè ut est contra præceptum Fidei : Quia (inquit) præceptum est unum, & tota illa materia per modum unius præcipitur ; & ideo ommissio etiam est una, quæ potest esse gravior vel minus gravis juxta extensionem materiæ. Est optimum exemplum in præcepto recitandi 7. Horas Canonicas : nam ommissio illarum unum est peccatum, juxta communem sententiam, propter rationem dictam. Ita ergo est in præsentia. Hæc ille.

Aliis placet oppositum, propter oppositam rationem ; quia videlicet præceptum Fidei est virtualiter multiplex, eo modo, quo est virtualiter multiplex præceptum recitandi 7. Horas Canonicas. Et secundum hanc sententiam, ignorans plures articulos Fidei, tenetur in Confessione numerum articulorum explicare, secus in sententia Suarii.

Ulique

Ulique adhuc d- nium prima. Sequi qua quaeritur prim bea explicari cir- mata ; an verò su- eam grave contra- pondeo :

CON

In peccatis circumstanti- mata ; ne- nisi peccatu- tatem cum,

182. Probatur quod et August. Ta communiter tiant in probatio- Ratio (inquit) et oculo habeant su- copulam, ad qu- men modo opp- nam copula opp- summatu, per q- cumentum proli- opponuntur solu- periculum, quod- nantur & dispo- sufficit ad partici- tiam ; ut constat- morosa ; quæ qui- per ordinem ad pe- summatu, ad qu- illa delectationis : differte specie à- intena ; nec id ul- Addè, hujusm- hiberi propter dis- etiam propter de- in se habent ; qui- tionem natura vo- matrimonium ; q- de matrimonio cu- Sed verius vid- pulam non habere- quia habent idem- dem modo eadem- diximus) impud- bus, amplexibus- dinosis) ex natu- etium ipsius actus- eandem specie- proximum partic- illius peccati, cu- Unde non fut- cit : *Expositio me p-* sed debet explicac- talis, cujus perie-

Usque adhuc de Circumstantia, Quis, omnium prima. Sequitur Circumstantia, Quid, de qua queritur primò; An in peccatis carnis debeat explicari circumstantia copulæ consummate; an verò sufficiat dicere: *Commissi peccatum grave contra castitatem cum soluta?* Respondo:

CONCLUSIO X,

In peccatis carnis debet explicari circumstantia copulæ consummate; nec sufficit dicere: *Commissi peccatum grave contra castitatem cum soluta.*

Ita communiter DD. quamvis non consentiant in probatione. Lugo disp. 16. n. 238. Ratio (inquit) est: quia licet tactus etiam & oscula habeant suam malitiam in ordine ad copulam, ad quam ordinantur; diverso tamen modo opponuntur virtuti castitatis: nam copula opponitur tanquam actus consummatus, per quem cum effectu inferitur nocumentum proli: at verò tactus libidinosis opponuntur solum ut dispositiones, propter periculum, quod afferunt, & quia ex se ordinantur & disponunt ad copulam; quod non sufficit ad participandam eandem speciem malitiam; ut constat manifestè in delectatione morosa; quæ quidem accipit suam malitiam per ordinem ad pollutionem, vel actum consummatum; ad quem ex se disponit voluptas illa delectationis: & tamen nemo dicet, non differre specie à pollutione consummata & intentâ; nec id ullus concessit.

Adde, hujusmodi tactus non solum prohiberi propter dispositionem ad copulam; sed etiam propter delectationem turpem, quam in se habent; quia omnem ejusmodi delectationem natura voluit prohibitam esse extra matrimonium; quia alioquin homines minùs de matrimonio curarent. Hæc ille.

Sed veritùs videtur; tactus, oscula & copulam non habere malitiam specie distinctam; quia habent idem objectum; & privant eodem modo eadem rectitudine: nam (ut alibi diximus) impudicitia (quæ consistit in tactibus, amplexibus, aspectibus & osculis libidinosis) ex natura sua est quali pars, sive initium ipsius actus principalis: ergo participat eandem speciem malitiam; sicuti periculum proximum participat eandem speciem malitiam illius peccati, cujus est periculum.

Unde non sufficienter confitetur, qui dicit: *Exposui me periculo proximo peccati mortalis;* sed debet explicare speciem illius peccati mortalis, cujus periculo proximo se exposuit. Et

consequenter non satisfacit, confitendo oscula & tactus; nisi simul explicet actum principalem, ad quem hic & nunc illa impudicitia erat proxima dispositio, sive proximum periculum, est de facto actus principalis per accedens fuerit impeditus.

Si inferas: Ergo qui exercuit actum principalem, v. g. habuit copulam cum soluta, satisfacit confitendo solos tactus & oscula inhonesta; sic enim explicat totam malitiam specificam copulæ.

Respondet N. C. quippe Concilium Trident. docet, non solum malitiam specificam esse explicandam; sed omnia peccata in specie & sigillatim: *Si quis dixerit, in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse in se divino, confiteri omnia & singula peccata mortalia &c. anathema sit, sess. 14. can. 7.* Jam autem clarum est, copulam esse peccatum, saltem numero, distinctum à totis tactibus & osculis.

Non sufficit ergo explicare malitiam; sed oportet etiam explicare subjecta malitiæ: alioquin cum actus efficax internus, secundum omnes, participet eandem speciem malitiam cum actu externo, neutiquam deberet exprimi in Confessione actus externus, sed sufficienter confiteretur fur; dicendo: *Habui efficacem voluntatem furandi;* & adulter: *Habui efficacem voluntatem adulterandi;* & sic de ceteris, quod est contra universalem praxim Ecclesiæ, & sensum communem penitentium & Confessoriorum.

Dices: Non est obligatio explicandi omnia & singula subjecta malitiæ; sed sufficit explicare malitiam, & aliquod subjectum ejus, v. g. qui simul tria vulnera infligit, satisfacit si dicat: *Vulneravi.* Item qui oscula, amplexus & copulam habuit, satis est si confiteatur copulam. Ergo consimiliter satis erit confiteri actum internum efficacem, utpote qui cum actu externo unum constituit peccatum, in quo non est necesse explicare singulas ejus partes, ut verè illud peccatum dici possit manifestatum; sicut nec ille, qui furatus est 100. debet illa 100. manifestare.

Respondet: quidquid sit de furto 100. (de quo alibi egimus) N. C. & paritatem. Consentio, actum internum & externum integrare unum peccatum, in quo, licet non sit necesse explicare distinctè omnia subjecta malitiæ; oportet tamen declarare illa subjecta, quæ differunt specie in modo participandi illam malitiam. Sicut ergo in uno peccato, constante duabus malitiis partialibus, specie diversis; oportet utramque declarare; sic pariter, quando unum peccatum constat ex duobus subjectis partialibus, quæ in modo participandi malitiam differunt specie, oportet utrumque subjectum explicare: alioquin non explicabitur tota species peccati.

D d d d d \* P o r r o

184.  
Hinc tamen non sequitur, eum, qui habuit copulam, satisfacere confitendo solos tactus;

sicut non sufficit explicare solum actum internum.

185.  
Objectis;

Respondet;